

sub num. 13. latè Vincent. Caroc. in tract. de exceptionibus. exceptione 44. à numero 88. & num. 101.

Et aded in specie & nominatim, non in genere requiritur expressa quãtitas, & qualitas grauiamini, seu excessus: vt minimè sufficiat, dicere appello, quia excessisti à commissione tua, ratione incertitudinis, quod non sufficit, quia expressio specialis requiritur. Ab. in d. c. quoad consultationem num. 23. Marquesa. vbi proximè num. 12. Roland. à Valle d. conf. 43. sub num. 6. & benetiam per Cardin. Tuf. practi. conclu. tom. 1. 152
litera A. concl. 4010. num. 24. nec etiam sufficit expressio in genere per relationem ad acta, sed nominatim. ita Escacia vbi proximè d. limi. 10. num. 60. Sequitur post alios Marquesa. d. c. 23. num. 13. & est elegans Rotæ decisio 100. ex nouem. num. 18. p. 1. diuersor. Carocius vbi proximè.

154 Illud tamen valde vtile, sicut notabile, inquirendum est: an huiusmodi appellatio ab executore excedente potens sit, ad suspendendam, & retardandam executionem in totum, an verò dumtaxat suspendat excessum illum in hac parte dumtaxat, quem nominatim expressit appellans, in quo Speculator in tit. de senten. executi. nunc videndum. colu. 3. vers. sed nunc d. ascendum in totum. inquit, quòd si in appellatione ab executore excedete exprimitur in quo modum excedit, ita quòd causa expressa non concernit totam executionem, sed partem, in illa dumtaxat suspenditur executio, & in ea tantum superfedere tenetur exequitor. sequitur Butrius in c. quoad consultationem. n. 17. Immol. num. 14. vers. numquid autem. de re iudic. Ab. eleganter ibi num. 32. & 33. sequitur Anto. sequitur Vestrus in praxi Roman. Cur. lib. 7. c. 3. num. 12. vers. imò non defuerunt. fol. 197. & idem lib. 8. c. vlt. sub num. 17. vers. licet. Marquesa in tract. de commi. 1. p. d. c. 23. sub num. 73. & superius à n. 16. Cæsar Contar. in repet. l. vni. C. si de momen. poss. fuer. appell. vers. limita ratione excessus num. 19. & num. 32. ea nempe ratione (inquit ipse Vestrus d. n. 12.)

156 quia si in vno allegatur excessus, in cetero supponitur non adesse, imò vnum reprobandum censetur fateri & ratificari. c. nonne de presumpcio. cum vulgatis, & sic in non expresso non cadit appellatio, quia non est excessus, nec conqueritur pars, nec exprimitur causa eius nominatim, ac per cõsequens nec appellatio potest suspendere totam executionem, sed excessum tantum, quibus potest adaptari illa doctrina; quòd appellatio ab vno articulo, non suspendit iurisdictionem in tota causa non connexa, de qua & appellans ab vna parte sententia, quatenus contra

se facit, non impeditur iudex; quominus alteram non appellatam possit executioni committere, de quibus nos alibi latè 3. p. c. 15. ac propterea certum est, exequitorem vim non facere ad vltiorem executionem procedentem suspensa parte excessus expressi, & appellati, & ideo suprema tribu- nalia, quando adita per viam violentiæ in his casibus, cum de excessu sibi constar per inspectionem processus, solent ita concipere decreta violentiæ, & declarare etiam nominatim; nempe: exequitorem hoc illudve facientem, seu non admittentem legitimam talem exceptionem; excedere, & deserat appellationi, & reponat, &c. & hoc iure vtimur. Pro quibus bene faciunt quæ diximus ex Marques. infra cap. 4. ad fi. quæ hic repetit, scilicet à num. 32. & seqq.

159 Quare pro hoc euitando, & ad effectum suspendendi totam executionem mediante huiusmodi appellatione, tradit pro cautela Vestrus in praxi Romanæ Curia d. l. 7. cap. 3. num. 12. & d. l. 8. cap. fi. sub num. 16. admonens procuratores, ne se ad præfatas causas exprimendas in specie ardeant, sed vtile esse, illas in genere narrare, vt superfedatur in tota executione, quia ratione incertitudinis ex generica expressione orta, est superfedendum in totum; donec quatum excessum sit, ex euentu futuro liqueat. hæc fuit opinio Anton. de Butrio in d. c. quoad consultationem, & originalis Vberti, vt recitat Specula. in tit. de executione sent. §. nunc videndum vers. sed nunquid.

161 Sed hæc cautela fraudulæta est, cum omni iuris ratione, ac fundamento destituta sit. imò omnibus iuris regulis contraria, qua quidem destruerentur ea omnia, quæ hæcenus dicta sunt, nam si rãta iuris ceterua hucusque relata, à num. 144. vnanimiter comprobante, appellationem ab executore excedente, vt queat sustineri, & deferri; requirere præcisè causam excessus exprimere, nominatim in qualitate, & quantitate eius, non in genere, sed in specie, nec per relationem ad acta, quòd & ipse pariter fatetur, quomodo poterit proponi appellatio cum expressione causæ in genere, & incertæ: imò si tunc ipsa appellatio non admittitur, nec defertur, quomodo potest suspendere executionem, non solum in totum, sed nec adhuc in parte: hanc eandem considerationem contra Vbert. reperio apud Speculatorem vbi supra, vbi resolvens quætionem hanc, dicit: quòd cum causa sit in appellatione exprimenda, hæc quæstio non habet dubium. Sequitur & declarat Ab. in d. c. quoad consultationem num. 32. Feli. ibi num. 19. in fin. & contra Vestrus dicit Sigismund. Escacia in tract.

de appellat. q. 17. limit. 10. num. 62. hoc idem tenet Hier. Manfred. in tract. de attent. p. 8. n. 32. tom. 5. fol. 238. dicit errasse Vestrus id dicentem, & ex eod. Hiero. Manfred. refert & sequitur Casar Barz. in decisione Bononi. 35. Dominus num. 10. Vestrus etiam non sequitur Marquesa. vbi proximè num. 28. dum dicit ibi, Vestrus opinionem non procedere ita de plano & absolute, sed in vno tantum casu, nempe quando appellatur ab excessiua expensarum taxatione, fructuum, damnorum, &c. qui audiendus non est, tanquam sine fundamento, & ratione differentiæ, quæ est falsa opinio ex supradictis, imò ipse se corrigere videtur inferiùs sub numero 73. absolute dicens, quòd non suspendatur executio in totum, sed pro parte expressi excessus tantum, & ita tenendum est contra Vestrus.

163 Quemadmodum autem hic excessus sit probandus, dispiciamus, in quo dicendum venit, quòd cum appellans ab excessu ex- cutoris habeat contra se iuris præsumptionem, non præsumatur excessus, nisi probe- tur per appellatam, vt Rota Roma. rectè animaduertit in decis. 45. aliàs 346. num. 10. si appelletur. de appellatio. in nouis. Lancelo. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. n. 25. Roma. conf. 41. n. 1. post medium. alios citat Gratia. in discepta. forens. c. 33. sub num. 13. tom. 2. Vincent. Caroc. in tract. de exceptio. exceptione 44. num. 87. & ideo debet constare euidenter

165 de huiusmodi grauamine, & excessu, & probabiliter, & verisimiliter, vt aduertit mirabiliter Rota Romana in decis. 100. num. 17. p. 1. diuersor. tradit Inno. in cap. in no- stra. num. 5. & ibi, de procurator. Bellamera in cap. constitutus el. 1. num. 31. de appella. lib. 6. Immol. in cap. bone num. 15. Decius à num. 9. & 24. de appell. Ruginel. in tract. de appella. §. 2. c. 3. à num. 180. Ceual. in contracommu. opinio. q. 897. n. 932. tom. 4. Gratia. in disceptatio. forens. c. 33. n. 13. ad fi. tom. 2. Marquesa. de commiss. 1. p. c. 24. n. 5. qui quidem n. 9. bene aduertit, quòd signatura iustitiæ, ad obuiandum fraudibus, quæ fierent in expressione causarum, fingendo excessus, vt executio suspendatur, & subterfugiente eius causa, non solet stare assertioni partis, nec de facile illi credere, de excessu executionis, sed vult aliquid gustare de grauamine, antequam committat causam appellationis suspensivæ, nec ex sola suspicione illa rescribere, assolet alteri iudici cum facultate inhibendi executori, Felin. in c. dilectus filius num. 14. de rescrip. & Rota in d. decis. 45. aliàs 50. num. 2. in nouis. ita pariter censuit eadem Rota. Roma. coram Domino Robusterio in vna Reginen. Sanct. Tho. Lunæ 10. Decemb. 1576. quæ est decis.

100. n. 17. & seq. 1. p. diuersor. Doctorem, notat etiam Ruginel. vbi proximè n. 181. Gratianus vbi supra n. 16.

167 Excessus igitur executoris probatur ex eiusdem actibus, & processu ab eo gesto, ac simul per inspectionem commissionis suæ. nam ex quo conqueritur pars, ipsum excessisse eius limites ad aliud procedentem in commissione minimè contentum, directus est iste probationis modus, vt dolosa executoris iniquitas appareat, quoniã quando iudicis dolus inter procedendum, & ini- quitas arguitur, idem processus, eadèmet acta ab eo gesta, inspicienda sunt, vt is, atque iniuria delegatur concludenter, ista est Bar- doctrina in l. societatem. S. arbitratorum. n. 26. ff. pro socio. Ab. conf. 2. lib. 1. Butriga. conf. 2. q. colu. 5. Salicet. in l. cum antea. colu. penult. vers. quæro 8. C. de arbitris. Alex. conf. 30. in fi. lib. 2. Orian. in tract. de arbit. colu. 4. Men. in tract. de arbit. indi. lib. 1. q. 72. vbi adducit fundamta, & faciunt, quæ nos diximus p. l. c. 2. vers. nullum igitur humana. à n. 100. quòd violentia iudicis Ecclesiastici in deneganda appellationis delatione, ex eisdem actis detegenda sit, nõ aliter, cum huiusmodi probatio ex actis, sit euidentis, & notoria. & in hunc sensum intelligo text. & gl. in l. si contra C. de executor. & ex actor. lib. 12. ibi, si probetur obnoxius executor. inquit gl. verbo, si probetur ipso facto. quasi dicat, id est, ex ipsis actis, quorum processu excessit, vt ex eisdem actis obnoxius probetur. Et in nostris terminis alia adduxi infra, cap. 12. à n. 58. vbi tractaui de probando excessu resultante ex mala sententia: interpretacione facta per exequitorem.

169 Insuper euidentius probatur, quoniam quando executor excedit limites, & fines mandati (quod est stricti iuris) in eo quod excessit, dicimus; non habere mandatum, non habere potestatem, non esse iudicem, nec exequitorem (vt latè superius probauimus à num. 56.) quæ negatiua probanda est ex ipsius commissionis, & mandati, ac actorum inspectione, nam negatiua coarctata ad certam scripturam, est probabilis per inspectionem oculorum. nam id, quod non reperitur in ea, & in actis, nec in processu, præsumitur, ac fingitur non factum, nec adesse. bonus text. in cap. cum ad sedem. de restitutione spolia. c. 1. de litis contestatione. l. fi. C. de rebus creditis. vbi quòd legata non fuerunt mandata, & relicta, probatur ex facie, & inspectione testamenti, vbi Doctores, Decius conf. 426. proponitur. colu. fin. lib. 3. & melius conf. 483. pro resolutione. colu. 2. in prin. lib. 4. Alexan. conf. 120. scriptis colu. 9. vers. preterea. lib. 4. Felin. in cap. illud. in fi. de presumpcio. & in cap. sciti colu. 15. vers. & ita putari. de re iudica.

dica. Castador. decis. 8. n. 2. super regulis. Optime Vantius in tract. de nulli. sententi. tit. à quo, & quibus modis, &c. à num. 12. cum seq. & iterum de inhabili. seu defectu mandati, &c. n. 62. & supra, ubi post alios, quod hæc negatiua, aliquem non esse talem, prout asseritur; probatur per inspectionem actorum, & eo ipso quod ibi non apparet eum esse talem. & in terminis, quod in iudiciis, priuilegiis, & similibus non reperitur expressè concessum, prohibitum censetur, tenet Petrus de Anara. in conf. 207. in q. colu. 2. Angel. conf. 138. visis colu. 2. Angel. conf. 138. Vantius de nulli. ex defectu iuris delega. n. 91. nec commissio præsumitur, nisi quatenus de ea constet. gl. penult. in dem. fi. de off. ordina. Lopus alleg. 55. in 2. colu. circa fi.

175 Et hinc etiam est ad nostrum propositum, quod hoc, scilicet, quem non habere mandatum, vel non fuisse datam potestatem iudicandi, vel non fuisse ordinem iuris seruatum, & non fuisse quemque citatum; probari omnia per inspectionem actorum, & processum eiusdem causæ, & ad eam pertinentium, ita docuit Bart. in l. 2. C. de errore aduocatorum, & in l. ij. qui ad civilia. C. de appell. & in l. ff. si tutor vel curator appellauerit. Bald. in l. si contra C. de appellatio. Ill. in l. 4. §. condemnatum. colu. 2. ff. de re iudi. Ab. post Ioan. Andream. circa fi. in d. c. ad sedem. & in c. quoniam contra. super ult. gl. ubi Feli. colu. 15. vers. limita uno modo. & Ioan. Andr. post Speculat. in tit. de sent. §. ut autem in verbo, & quodam. Vantius de nulli. sententiarum. tit. à quo & quibus modis, &c. num. 18. quia quod non apparet in eis, dicitur non adesse. Afflicti. decis. 43. num. 5. & præmissa tenet Alexa. conf. 59. visis tit. colu. 5. num. 17. lib. 4. & conf. 55. quoniam. colu. 2. & conf. 105. ponderatis colu. 2. lib. 5. Ab. conf. 92. Christi nomine volu. 1. cum aliis. de quibus per Decium conf. 438. pro resolutione num. 6. & Bart. in conf. 98. apparet, in fi. & Mar. de Fano in tract. de probanda negatiua tom. 3. Corneus conspenuit. lib. 1.

177 Nec ideo pro mandato præsumitur, nisi quatenus ex eius inspectione apparet. Bal. in c. ex parte. num. 13. de rescrip. optimè Alex. conf. 6. num. 4. lib. 4. cum aliis adductis per Cephal. conf. 338. num. 14. cum seqq. quamobrem mandatum regulariter debet exhiberi. Innocent. in c. cum in iure. de off. de lega. Guido Papæ conf. 84. num. 1. Franciscus Manti. in tract. de contracti. lib. 7. tit. 4. à num. 2. tom. 1. vltra modò citandos. ergo sequitur euidenter, quod excessus commissionis, & mandati, debeat probari per inspectionem ipsius mandati, & commissionis, an habeat exequutor potestatem ad id, quod excessus dicitur, quia cum hic excessus, hæc vetita temeraria

audacia, hic dolus, & iniquitas executoris excedentis, opponatur directò eius mandata commissioni, iuxta hanc excessus appositus clariùs apparebit, quia oppositum iuxta se positum macula faciei claro speculo, cui opponitur, monstratur, ita actus, qui excessus præterditur, metuis, adæquatus, & comparatus commissioni, meliùs cognoscetur, & commodiùs detegitur, quod comprobatur illud Sancti Gregorij Papæ lib. 2. moralium cap. 1. in hæc; Scriptura sacramentis, oculis quasi quoddam speculum opponitur, vt interna nostra facies in ipsa videatur, vt enim foeda, ibi pulchra nostra cognoscimus, ibi sentimus, quantum proficimus, ibi à profecto quàm longè distamus. Hæc ille.

Et ad hoc vt quanta sit potestas executoris mandata, commissio legitimè, ac in forma probanti exhibenda est, & de ea executor docere, probat text. in c. cum in iure. ubi gl. & scribentes omnes de off. delega. l. vni. C. de manda. prin. cum aliis, de quibus per Alexan. conf. 17. videretur. lib. 7. & conf. 2011. in fi. lib. 2. & optimè in proposito Vantius de nulli. ex defectu iuris, & vnde, &c. fol. 232. num. 28. nam quia cum potestas executoris pendeat à deputatione, sicut potestas procuratoris penderet à mandato, ideo inspicenda esse verba deputationis, dicit Petrus de Anara. conf. 84. Domi. Azolina in prin. quæstionum, referens sequitur Cardinal. Tuscius practicar. conclu. tom. 3. litera E. concl. 500. num. 1. facit optimus text. in l. vt responsum. C. de transact. text. in c. porrò de priuil. quod tenor, & forma commissionis debet in specie obseruari, vt cognoscatur potestas executoris, per Bart. in l. 1. C. locati. tenent Auenda. de exec. p. 1. cap. 1. n. 3. in fi. vide quæ latè sursum à n. 36.

Quod quidem ita quotidie practicamus in supremis tribunalibus, ad quæ recurritur per viam excessus trahentibus ad se processus, & commissiones originales, ex quibus detegitur, ac declaratur excessus, & nihil mirum; quoniam, quæ de factò fiunt, & factò, ac de facili, posito ordine iudiciario reponere, & rescindere ius est, gl. in l. si minor. in prin. ff. de euicti. cū aliis adductis infra hoc c. ad fi. quod quidem minùsque dubium continet, quando ab exequutore Ecclesiastico siue Apostolico, siue ordinarij excedente appellatio hæc proponitur, ac pro delatione eius recurritur ad supremum prætorium Regium pro tollenda violentia, quia excessus ad iustificandam appellationem, ex eisdem actis coram exequutore gestis, ac eius commissione detegendus est, quod dubitar nemo. & hoc iure vtimur. & probaui supra 1. p. c. 2. à n. 95. cum multis sequentibus.

Alij

Alij autem excessus separati ab executione, & negotio prin. queunt per testes probari, vel homicidium, barataria, vel aliud crimen, vt etiam illi, qui ex actis non possunt apparere, licet negotio contingant, per illos probantur. sed hoc prouenit per viam querelæ adito superiore, & oblata informatione, sed interim nec suspenditur executionem, nec potest. tum quia nihil de excessu constat, nec etiam præsumptiue, cum debeat euidenter constare, tum quia querela non operatur suspensionem (vt superius diximus.) quod autem hi excessus per testes probentur, est Bobadilla videndus in politi. lib. 2. c. 21. à num. 109. & sequentibus, ubi passim, licet obiter, de hoc meminit, dummodo in continet probetur, iuxta ea, quæ nos latè adduximus lib. 3. cap. 9. à prin. ad effectum suspendendi.

Quoties autem ab excessu licebit appellare; nunc tractemus, in quo omnium est scribendum concursus, ac receptissima conclusio; vt ab excessu non nisi semel appellandum sit, nec secundæ appellationi deferendum, Areti. in l. ab exequutore ff. de appell. Feli. in c. quoad consultationem n. 20. vers. nihilominus primam opinionem, de sententia, & vt iudi. Decius in c. nouit. 43. n. 15. de appella. Augusti. Beroi. conf. 32. in causa n. 7. lib. 3. Lancelo. Robert. in tract. de attent. 2. p. c. 12. limi. 53. n. 26. Nicell. in tract. de cõcord. gloss. concord. 6. fall. 32. n. 74. in fi. fol. 194. Vestrius in praxi Roma. curia lib. 7. c. 3. sub n. 12. vers. imò ibi admaneo tamen fol. 192. aliis allegans Marquæsa. de omisio. 1. p. cap. 24. sub n. 5. Rebus. in tract. de senten. execu. art. 17. gl. 12. n. 20. tom. 1. fol. 377. Vincent. Caroc. in tract. de excepti. exceptione 44. num. 89. & pro quo etiam bene facit Bulla Pij IV. reformationis signaturæ edita anno 1562. Kal. Januarij in illis verbis: quodque ab excessiua taxatione expensarum semel tantum appellatio committatur, & dux sententiæ habeant vim trium, &c.) cuius meminit Sigismund. Escac. in tract. de appell. q. 17. limi. 10. sub n. 69. eam reddit rationem Marquæsa. loco citato, quia appellas ab excessu præsumptionem habet iuris contra se, quod illi penitus resistit, cum illi opponatur, & sic restringit potestatem appellandi, ne fructum consequatur ex eo, quod nixus sitit impugnare.

Sed melior ac probabilior mihi ratio videtur illa, quoniã confirmatio superioris declarantis nõ adesse excessum, non est præiudiciu perpetuum, sed reparabile per iudiciu aliud, scilicet per viam grauaminis simplicis, inter cætera grauamina simplicia, & iniustitias factas ab exequutore in exequendo post perfectam executionem deducendas, & à quibus appellatur, ad defectum reuocandi executionem prosequendas, quia li-

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

cet declaratur non fuisse excessum, non tamen negatur, esse grauamen, & iniustitiam, cum non valeat; siquidem argumentum, non est excessus, ergo non est grauamen simplex, & iniustitia (vt supra latè à n. 76. dixi) quia excessus est grauamen qualificatum, & super qualitate cognitio, & appellatio, & declaratio, facta fuit, de qua tantum interim, pendente executione, disceptari, & appellari, potest, non de simplicibus aliis grauaminibus, à quibus appellans nondum perfecta executione, nec auditur, nec de eius appellatione cognoscitur, sed referatur in tempus perfectæ, & finitæ executionis, quæ tunc non antea examinantur, ad reuocandam executionem factam, vel confirmandam, sed de excessu tantum. text. est expressus in l. ab execut. ubi Doctores ff. de appell. ibi, ita tamen, vt in causa appellationis reddendæ hoc solum queratur, an iure interpretatū sit, &c.) concordat l. 15. tit. 2. 3. p. 3. & vtrouque Doctores, de quo nos latius infra c. seq. prope finem à n. 38. & c. 14. à n. 207. cum sequentibus. quibus locis plura adduximus ad propositum.

Et sic succumbenti non præiudicat via, quominus possit alio remedio simplicis grauaminis, & iniustitiæ ius suum deducere. nec ei obstat rei iudicatæ exceptio, quia non est eadem causa, sed omnino diuerfa, & aliud tunc petitur, aliud nunc, l. si mater. §. si quis autem l. & an eadem. & l. si cum aliis. ff. de except. rei iudi. bonus text. ad propositum in l. si mater. §. si quis iter. iuncta gl. magna ff. eod. ac propterea ab excessu vnica tantum permittitur appellatio. quare si secundæ emisit ab excessu iudex non detulerit, vim nullam facere declarabitur in senatu, quia illi non parat rei iudicatæ præiudicium.

Quod ex eo etiam bene probatur: quoniam quado formatur inquisitio cum aliqua qualitate, quæ non probatur, puta: sit inquisitio de vulnere cum cicatrice, probatur vulnus, sed non cicatrix, cum tunc non possit sequi condemnatio pro vulnere tantum, sed absolutio ab obseruatione iudicij, & potest iterum de simplici delicto inquiri denuo; ita probat text. in l. in delictis. §. si detracta ff. de noxali. ubi Bart. & Doctores, pro qua doctrina, & in eius cõfirmationem congescit. Prosper. Fari. in pract. cri. tom. 1. q. 1. à n. 23. cum multis sequentibus, plus quinquaginta Doctores antiquos, & modernos, dicens, se non aude re recedere ab hac conclusione, quæ non solum communis est: sed magis communis, testantibus pluribus ab eo citatis. Et sic si non constat de excessu, seu qualitate grauaminis, grauamen simplex referatur remanet, suo loco & tempore deducendum.

Exemplo res fiet manifesta, commissi fuit

b b execu

- executio sententię cum fructibus liquidandis secundum suum valorem. ego conquestus sum de executore minüs liquidasse fructus, quam erat verus eorum valor, dixi ipsum excessisse, & ab hoc gravamine, tanquam ab excessu appellavi, iudex cognoscens hoc casu nullum esse excessum, ita declaravit, cum intra limites commissionis cognovisset executor: quis me prohibet, postmodum in causa executionis hoc gravamen deducere in vim simplicis gravaminis, & si me gravatum in estimatione cenfeo, inter ceteras iniustitias executionis perfecta executione, hanc persequi? nullus certè. & comprobatur num. 200. & seqq.
- 199 (Quid autem è contrario, quando priüs simpliciter appellans egit de simplici gravamine, & iniustitia, & sic omiſsa qualitate excessus, succubens; an poterit postea iterum super excessu agere, & in iudicium deducere aliquo ex iis remediis, qua contra excessum superius ascriptimus, videbimus in fine huius capituli.) in nostro autè superiori casu, de quo loquimur, exceptio rei iudicatę non potest obſtare semel in excessu succumbenti, ulterius de simplici gravamine executoris agere volenti, prout ulterius comprobatur.
- 200 Pro quo etiam facit, quod absolutus ex vna causa, potest ex alia conuictus condemnari. l. 2. c. l. si mater §. eandem. ff. de excep. rei iudi. vbi qui egit non impleta conditione, potest iterum agere post implementum, nec obſtat sibi exceptio rei iudi. & qui fugit per iudicem repulſus, quia ineptam proposuerat actionem, iterum agens apta actione non remouetur exceptione rei iudi. quia cessat causa repulſę. optimè Petrus Surd. conf. 268. n. 29. tom. 2. multa cumulat Tirac. de retract. lign. §. 8. gl. 7. n. 3. & 4. & in tract. cessante causa 1. p. n. 21. & n. 232. igitur si iste posuit simplex
- 202 gravamen ineptè, dicens illud excessum, & ante tempus, scilicet durante sententię executione, & propterea fuerit repulſus, non impeditur postmodum veniente tempore peractę nempe executionis, vt simplex gravamen iterum deducere, & proponere.
- 203 Et quia ad hoc vt obſtet rei iudicatę exceptio, debet concurrere immediata eadem causa agendi, nec sufficit, quod eadem sit, sed mediante aliquo, vt per text. in l. an eadem. §. qui cum partem de exceptione rei iudi. vbi gl. in 1. solus. & Raphaël Cuma. ibi, tenet Petrus Surd. decif. 106. n. fi. fuit enim actum de gravamine, quatenus excedebat commissionem, & sic excessu mediãte, sicque agens de simplici gravamine non immediãte eandem causam proponit. & quia exceptio rei iudicatę debet euidenter constare, ad hoc vt obſtet l. si inter me ff. de rei iudi. l. quod in diem
- §. si rationem ff. de compensatio. per que iura voluit Paul. de Castro in cons. 62. colu. 2. lib. 4. Petrus Surdus decif. 260. n. 3. Mieres de maiorat. 4. p. q. 14. n. 88. in nouiori impressione.
- Quod cõprobatur, etenim sententia lata in iudicio, in quo duę actiones competunt auctori ex eodem facto, si contra eum fertur sententia in vna actione, non nocet in alia. Areti. conf. 137. in fi. Cardinal. Tusc. practi. tom. 7. litera S. concl. 126. n. 100. etiamſi adit cõformitas aliqua cum alia actione diuersa, latissimè Socin. conf. 18. num. 44. lib. 1. Decius conf. 96. plenè Caltren. conf. 305. lib. 1. plenius Aguid. Bellamer. conf. 18. n. 5. & 7. Tuscus vbi proximè, & iterum exactè idem Tuf. litera R. concl. 268. n. 12. & 43. tom. 6. quam doctrinam intellige, quãdo plures actiones competunt ex eodem facto, ex diuersa tamè causa, & respectibus. quia tunc vna electa non tollitur altera: secus quando ex eadem causa, latè Petrus Surd. conf. 139. à n. 6. tom. 1. Anto. Gabriel commu. opinio. lib. 2. tit. de actionibus concl. 2. limi. 3. n. 17. prout accidit in excessu, qui est diuersus ab executione, & eius iniustitia. Vnum siquidè supponit defectum potestatis & iurisdictionis, & concludit nullitatem; aliud verò potestatem, & iurisdictionem, seu cõmissionem supponit, & validitatem actus, seu executionis. concludit tamen in gravamine, & iniustitia, de qua interim pendente executione non potest agi, nec iudex de excessu cognoscens, de iniustitia potest se intromittere (vt n. 192. & seqq. sæpe dictum est, præcipuè quæ dicta sunt c. sequen. ad fi. vbi multa coniecimus quòd causa excessus est distincta, & separata à causa executionis) ideo iudex ad quem est appellatum à gravamine excessiuo, non potest se intromittere in executione, & causa principali, sed an excessus adest, vel non, prout latè ibi videre poteris à n. 38. & seqq. sed an pendente iudicio super excessu currat tempus ad appellandum à simplici gravamine, dixi supra, à num. 130. & seqq.
- Sed stat difficultas an hæc cõclusio, quod semel tantum, non secundò liceat ab excessu appellari, intelligatur respectu vnus partis dumtaxat, an etiam respectu vtriusque, ita vt si vna appellauit semel ab excessu, altera pars non queat, nec semel etiam appellare à sententia secunda contra se lata, reuocatoria prioris executoris. in quo iure illud verum esse arbitror, vt hæc prohibitio secundò appellandi, intelligatur respectu vnus partis: ita vt quælibet semel appellare possit, non ampliùs, & vnicuique earum semel appellare, permiffum sit. sicque duę possunt interuenire appellationes, à quilibet parte vnica, quod probatur. quia titulus, 211

- ne liceat in vna eademque causa tertio prouocare, intelligitur ab vna parte, nam quælibet potest interponere duas appellationes, ita quod aliquando quatuor dentur in causa, declarat Bart. in l. vni. in fi. c. ne li. ter. prouo. Cardin. in de. fi. de appella. Abb. in cap. sua nobis de appella. & nos exactè supra lib. 3. cap. 17. de tribus conformibus. ergo pariter in nostro casu, vt prohibitio secunda appellationis intelligatur respectu vnus partis, ita vt altera possit, etiam semel appellare à secunda reuocatoria contra se lata.
- 212 Et ex hoc fundamento magis in nostris terminis infert Decius in d. c. sua nobis num. 7. de appella. quòd quando statuto prohibetur, ne liceat secundò, sed semel dumtaxat appellari, potest hoc modo, dari duas appellationes, scilicet, à quilibet parte vnica. idem etiam affirmat in vers. 49. colu. 1. Socin. in cons. 39. numer. 16. volum. 4. & idem dicit Guido Papæ in supplicatione in quest. 345. asserens, quòd vbi interdita est bina supplicatio, intelligitur statutum, quando interponitur ab eadem parte, at secus si quando à diuersis, quia vtraque potest semel supplicare, quos omnes sequitur referens Petrus Surd. conf. 163. num. 1. 2. & 3. tom. 2. ergo euidenter probatur in nostro casu eadem determinatio, vt vtrique parti semel appellare liceat ab excessu, & non ampliùs.
- Et probatur etiam ex eo, quod dicit Verstrius in praxi Roma. Curia lib. 7. c. 3. sub n. 12. quòd duę conformes faciunt rem iudicatam in excessu à liquidatione, quod probatur in d. Bulla Pij IV. supra adducta, quæ disponit ibi, ab excessiuâ expensarum taxatione semel tantum appellatio committatur, duę sententię habeant vim trium, &c.) ergo si permittuntur duę conformes, necessariò sequi debet, vt permittatur alteri parti alia, & vnica appellatio. nam potest esse, quòd appellans ab excessiuo gravamine, in gradu appellationis excessus reponi, mandetur, & sic quælibet pars habet pro se vnica sententiam dumtaxat. si autem duę faciunt hoc casu rem iudicatam, præcisè altera pars in cuius fauorem excederat executor, appellet ab hac secunda reuocatoria excessus, vt tertia siue confirmet primam, siue secundam, duas conformes faciat, & sic in duabus sententiis conformibus possunt dari duę appellationes, & tres sententię, quemadmodum in casu l. vni. c. rubr. c. ne liceat tertio prouocare. c. dem. x. de sententiis & re iud. quia possunt dari quatuor appellationes & quinque sententię, vt latè nos diximus supra lib. 3. c. de appella. à tribus conformibus cap. 16.
- Pro quo facit etiam, quod dicit Speculator in tit. de appella. §. quoties. in fi. num. 6. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.
- vers. item licet regulariter. lib. 2. fol. 193. quòd cum à sententia Episcopi semel tantum liceat appellare, & non bis, si huiusmodi sententia fuit confirmata à iudice appellationis, non licebit tunc, ulterius appellare. ergo requiritur quòd confirmetur prima. & sic quòd appellans habeat contra se duas conformes, vt ulterius in causa non appelletur. vt secus sit, quando non confirmatur prima; quia tunc requiritur, vt ab ea appellet pars altera, vt adesse possint duę conformes.
- Pro quo bene facit adducta à Petro Surdo doctrina vbi proximè d. conf. 163. n. 12. facit etiã eleganter, quod dixit Socin. d. conf. 39. n. 14. lib. 4. quòd statutum disponens non posse, in aliqua causa nisi semel appellari; debeat intelligi, vt ab eadem parte non possit bis appellari, sed solum semel. secus est quoad vtramque partem, quia poterit bis appellari, cum vtrique semel liceat, quod per diuersum modum d. num. 14. declarat, nempe præfatum statutum intelligi debere; quando sententia lata in causa appellationis fuerit confirmatoria primæ, non autem quando fuit diuersa, aut contraria, quod est mirabilis doctrina ad nostrum propositum. Soci. ad idem referens sequitur Escacia de appella. q. 17. limi. v. num. 43. ad fi.
- Sed inter has duas appellationes differentiam constituendam arbitror, vt prior appellatio, scilicet, ab executore excedente, habeat effectum suspensiuum ex supra probatis à num. 52. & à num. 222. 144. & 154. at verò secunda interposita per alteram partem, si forte superior excessum aduissè reponendum, declararet, licet sit permiffa (vt probauimus) non tamen quoad vtrunque effectum, quia ea non obstante exequenda est sententia repositionis tanquam reuocatoria attentari. & iste fauor, qui concurret in permittenda vnica appellatione suspensiuâ ab excessu, isdem concurret in eius repositione. Et ratio quæ permittit appellationem in casu aliàs prohibito, verisimile est, ipsam non permiffisse ratione cessante. & quia prior appellatio interponitur ab excessu, secunda, à repositione eius, & sic cum simul in executiuis, non potest suspendere à nullo gravamine emissa, quod non sit excessus probabiliter. & sic secunda reuocatoria excessus exequetur non obstante appellatione, quoniam certi iuris est, vt quod de facili fuit concessum, ita de facili est reuocandum. gl. in l. minor. in prin. ff. de euictio. Alexand. conf. 5. lib. 2. Ill. in l. pacto quo panam. c. de pactis. Cuman. conf. 146. colu. 2. Roman. conf. 120. c. conf. 158. in verbo, reuocari citat infinitos, & dicit communem Bald. consil. 193. lib. 3. Roman. consilio 69. viso questionis numero 12.
- bb 2 Aguid.

Æquid Bellame. *decis. 664. latè Ant. Gabriel lib. 2. communium conclus. tit. de citatio. concl. 1. à numer. 430. latè Peregr. de fideicommiss. art. 48. & post plurimos Castillo controuersiar. 221 iur. lib. 5. cap. 2. 4. à num. 65. & non est nouum, vt in nostro iure effectus appellationis claudicat, vt per vniam partem ab aliquo graamine emissa appellatio habeat vtrunque effectum, & à secunda reuocatoria per alteram partem interposita, vnum tantum, vel è conuerso. quoniam specialitas rationis, fauoris, & privilegij, & interdum odij, quæ persepe variatur, diuersimodè operatur. vt latius est videre ex iis, quæ supra adduximus lib. 3. num. 11. 26. 49. & 75. cum seqq. cap. 4. per totum, de appellatione à secunda reuocatoria. & sic concludere poteris, appellationi interiectæ à reuocatoria, & declarationi excessus commissionis lata in fauorem prioris appellantis ab illo, si non defertur, vim nullam fieri, declarabitur in senatu, causamque iterum sibi remittendam, vt ad executionem eius queat deuenire. quoniam etiam isti aduersus quem fertur reuocatoria, semel appellare, pariter permittatur, vt dictum est, quoad deuolutium intelligi, non etiam quoad suspensiuum. quod verum arbitror, ex disparitate rationis.*

222 Ex hæcenus adductis in discursu huius c. in illam incidimus difficultatem, in qua nonnullos doctos viros lapsos vidiam ad reuocationem seu repositionem excessus sit necessaria appellatio: in quo regulariter necessarium non esse, affirmandum est, siquidem latè dissoluimus, tria esse descripta remedia pro excessus repositione, nullitas, querela, & appellatio, sicut in cæteris actibus iudicialibus, & extraiudicialibus, qui possunt reuocari per viam iuris, seu iustitiæ, aut iniustitiæ, scilicet, per remedia ordinaria actione contractus, seu appellationis (singula singulis applicata) adeò vt interim, dum disceptatur super vno remedio, scilicet, nullitatis propositæ contra sententiam, non currunt tempora ad appellandum, vt latius supra diximus hoc capite à num. 130. itaque vero velit pars remedio vti, liberè poterit vberius tamen in hoc casu erit appellatio, vt statim probabimus.

224 Et quòd ad repositionem excessus, appellatio regulariter nõ sit de necessitate proponenda, indissolubili probatur fundamento, de necessitate etenim, & essentia appellationis est, de minore ad maiorem prouocare. c. anteriorum 2. q. 6. l. 1. §. si quis in appell. ff. de appella. adeò vt appellatio interposita à maiori iudice ad minorem, vitatur ipso iure.

225 adeò vt consuetudine non id introduci po-

test, vt ex Nicell. Cardin. Iacob. Feli. Marant. Rebus. Decio. Mandof. Marches. & aliis pluribus resoluti & prosequitur latè Escacia tract. de appella. quest. 2. num. 5. cum seqq. & supra à num. 1. sed iudex ordinarius, 226 qui in causa delegata minor est Principis delegato, c. sanè 11. de off. deleg. c. pastoral. de off. at ordinarius potest omni iure reponere, & reuocare excessum gestum per eundem 227 delegatum Principis, prout latius infra probabimus hac 4. p. cap. 4. per totum, ergo de primo ad vltimum fatendum est, vt ad repositionem excessus non sit necessaria appellatio, sed aliter per viam querelæ & nullitatis possit reponi, vt dictum est.

Vnum tamen erit animaduertendum, 229 quòd licet non sit necesse, appellare ab excessu, quia est nullitas; tamen vtilius erit, in hoc articulo appellationem ab eo interponere ad hunc effectum, vt executor vltimè de facto nõ procedat ad excessum actuale executionem; quam doctrinam mirabilem tradidit Hostiens. quem referens sequitur Abbas Panorm. in cap. quoad consultationem, num. 26. quem vide, quia mirabiliter loquitur. & Anton. de Butt. ibi num. 15. de re iudicata, sequitur Cæsar Contar. in l. vnica, limit. 19. ratione excessus, num. 38. 39. & 40. c. si de momen. poss. & per Abbat. idem firmat Vincentius Caroc. in tracta. de exceptio. exceptione 44. num. 93. prope fi.

Et ratio est euidens, etenim nullitas de 230 per se, & simpliciter proposita, siue principaliter, siue incidenter, & per viam exceptionis; non operatur sententiæ suspensionem, nec impedit eius executionem, Rot. *decis. 30. aliàs 280. licet per viam. de exceptio. in nouis*, & post alios Franch. in c. dilecto 63. num. 32. quest. 10. Cardin. Alexand. num. 66. & in specie num. 72. & 73. & 74. de appell. Vant. tract. de null. rubr. quot & quibus mod. null. & c. sub num. 29. fol. 180. Vitalli. tract. de claus. in claus. nihil nouari appell. pende. in prin. & num. 1. Cæsar Contar. in l. vni. limi. 7. sub num. 17. & 19. c. si de momen. poss. Rebus. tract. de sent. prouis. artic. 1. glos. 9. num. 7. tom. 1. hancque communem latè prosequitur, & defendit Lancelotus Robert. de attent. 2. p. cap. 17. num. 17. 18. 19. & seqq. & esse veriorum, & communiorum testatur ibi num. 32. Escacia de appella. quest. 19. rem. 1. concl. 4. à num. 1. cum seqq. vbi ampliat, & limitat, qui 231 loquuntur in nullitate, & querela principaliter, & per viam actionis in iudicium deducta.

Et quòd idem sit, quando proponatur 232 per viam exceptionis, & incidenter, probant Cardin. Alex. in c. dilect. 63. num. 71. vers. facite ergo regulam negatiuam. de appella. Corneus

conf.

conf. 208. in hac consultatione num. 2. vers. sed his non obstantibus. & num. 3. lib. 3. Soci. regul. 122. exceptio nullitatis. Rip. in l. 4. §. condemnatum n. 15. fall. 2. ff. de re iudi. fol. 36. & Couarr. practi. quest. cap. 25. num. 1. & 2. latè per ampliationes, & limitationes prosequitur Escacia de appella. quest. 19. rem. 1. concl. 5. à num. 1. 233 qui num. 23. & seqq. limitat in nullitate notoria, & euidenti ex actis, & in nullitate sententiæ irretractabilis, & in nullitate ex defectu iurisdictionis.

234 Eiusdem etiam nature & effectus est nullitas & excessus per querelam deductus, vt non suspendat, quia idem, quod de nullitate diximus, locum habet in querela, ita probat Escacia tract. de appella. quest. 19. rem. 3. sub num. 3. vbi etiam reddit rationem, quia

235 paria sunt dicere de nullitate, & adire per viam querelæ, secundum Feli. in c. lieris 9. sub num. 5. declar. 4. vers. & nota de off. & potest. iud. deleg. ita etiam querela eundem effectum operatur, quod supplicatio, & quemadmo-

236 dum ista non suspendit effectum executionis, ita nec querela, latius post alios prosequitur ipse Escacia ibi num. 30. cum num. 27.

237 At quando excessus, & nullitas deducitur simul cum appellatione, seu per viam appellationis, tunc indubiè impedit executionem sententiæ. Vantius in tract. de nulli. rub. quot & quibus mod. nullitas, & c. num. 34. vers. prout etiam. num. 380. Lancelo. tract. de attent. 2. p. cap. 17. sub limit. 2. num. 68. Cæsar. Contard. in l. vni. limi. 7. num. 53. vers. cautius & num. 54. c. si de momen. poss. Escacia de appella.

238 quest. 19. rem. 1. concl. 4. num. 92. qui probant runc dici attenuata, & vt talia esse omnia reuocanda. Couarr. in pract. quest. q. 24. sub num. 7. vers. sed & verum. Philip. Franch. in c. dilecto. sub num. 32. quest. 10. de appella. qui reddunt rationem, præcipuè Vanti. Escacia,

239 Contar. & Lancelo. quia nullitas sic proposita assumit vires, & naturam appellationis, eiusque natura vestitur. & quòd per viam appellationis deductus excessus suspendat executionem: est text. expressus in l. ab executione. ibi, à quo si fuerit appellatum executione suspensa, puramus, & c. C. quorum appell. non recip. & ex nonnullis Doctoribus probauimus supra hoc eodem c. 3.

240 Maxime, quia à sententia nulla potest appellari, secundum magis communem, & magis practicabilem opinionem, vt tenent Innocent. & Ioan. Andr. quos refert & sequitur Philip. Franc. in c. dilecto 63. quest. 7. sub num. 15. de appella. communem dicit Raph. Cuman. in l. si expressim. num. 19. ff. de appell. Alexan. cons. 59. viso iit. sub num. 16. lib. 4. de communi testatur Brededo. tract. de appell. p. 1. tit. 12. colu. 38. liter. D. Saigado de protect. Reg. Tom. 11.

vers. contrarium. latè prosequitur elegantèrque Escacia de appella. quest. 17. limi. 19. per totam. fol. 455. & est text. in d. c. si expressim. & d. l. ab executorio. & d. l. ab executore. ff. de appell. recip. quia non est sublata facultas appellandi, sed necessitas, & de pluribus mirabilibus effectibus huius appellationis videndus Escacia, post multos Doctores vbi proximè à num. 8.

Ex quibus quidem euidentèr apparet practisam non esse appellationem ad reuocandum excessum, tamen vtilius esse, præstantiusque remedium, vt appellatione ab eo, ad effectum suspendendi maxime cum omnino necessaria sit, ad hoc vt possit oppressus, per viam violentiæ recurrere ad Senatam Regium pro delatione, & repositione, cum aliter non possit deficiente practico, & legitimo fundamento, vt nos latius sape diximus, & superius hoc capite. & quòd à sententia seu actu nullo liceat appellari, vide quæ nos latius supra 3. p. c. 9. à n. 23.

Prædicta tamen nostra resolutio, vt ap- 243 pellatione ab excessu non sit necessaria (cum sit nullitas) fallit in excessu executionis ratione causæ qui talis est quando excluditur exceptio admittenda, vel admittitur reicienda (iuxta ea, quæ latius nos diximus hac 4. p. cap. 7. à prin.) vt probat Cæsar Contar. in repet. l. vni. limi. 19. ratione excessus sub num. 5. c. si de momen. poss. quia, si executioni legitimam exceptionem oppositam execu- 244 tor reiciat, pars omnino debet ab hoc excessu appellare, aliàs transiret in regem iudicatam. quia huiusmodi excessus & reiectio fit contra ius litigatoris, non contra ius constitutionis, & ius publicum. ita eleganter docet, & distinguit Ab. Panormit. in d. c. quoad consultationem, num. 24. ad fi. & num. 25. de sent. & re iudi. Paul. Castren. cons. 288. in prin. lib. 1. quos referens sequitur Cæsar. Contar. in d. l. vni. d. limi. 19. sub num. 6. Abb. autem vbi supra, bene loquitur videndus.

Hinc etiam est, quod pulchrè dicunt Felin. in c. pastoral §. quia verò num. 17. vers. executor merito, de off. delega. post Abb. in c. de catero colu. 4. in fi. num. 5. vers. possit tamen sic distingui, de re iudi. quòd si fuisset oppositum executioni de nullitate sententiæ patente 245 ex actis, & à reiectione non appellauerit opponens, non poterit postmodum illam iterum opponere, & sibi imputet, qui tunc non appellauit. sequitur Afflic. in constitut. Regni in proemio post pralud. n. 52. Gratian. discepta. foren. c. 146. n. 8.

Pro qua facit ratio, quoniam reddunt Do- 246 ctiores firmantes ordinis omissionem respectiuentis utilitatem partis dumtaxat: non reddere, nullam executionem, sed permittere

parti appellationem, vt post alios latē Gratia. *discepta foren. c. 353. n. 13. & nos alibi diximus suo loco.*

- Faciunt etiam plurimā doctrinā adducta per Hierony. Gonz. *in regul. de alter. gl. 56. a. n. 48. vsque ad 109. & Gratia. c. 301. a. n. 40. qui n. 44. post Aymo. cons. 248. n. 2. 3. & 4. dicens, quod non sufficit opponere, seu contradicere exceptionem oppositam, nisi etiam a receptione per iudicem opponens appellet. pulchrē & latius Feli. *in ciner. monasterii sub n. 3. colu. 14. vers. tēpera tamen. vsque ad fi. de re iud. Areti. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poss. fac. ideo per doctrinā huius limitationis temperanda est omnino regula, a nobis supra posita hoc capite, vt excessus executionis sit nullitas, vt non procedat in hoc genere excessus ratione causę, hoc est, exceptionis non admittē, quia tunc excipiens omnimodo tenetur appellare.**

CAPVT IV.

Pro executoris excessus repositione, & appellationis cognitione, iudex quis competens ad eundem, & an ab ordinario Ecclesiastico reponere volente excessum, factum ab executeore Apoftolico, seu alterius iudicis superioris; appellationi interiecta haud deferens, an vim faciat.

S V M M A R I V M.

- Ab executeore non appellatur nisi claustra & limites commissionis excedat, & tunc nisi semel. num. 1.
Ab excessu appellatio ad superiorem mandantem proponenda est. n. 2.
Cognitio an sit excessum a commissione, spectat iudici a quo emanauit commissio. n. 3.
Executorialium executeor Papa si nudi facti executionem alicui committat, & is excedat, potest de excessu cognoscere. n. 4.
Sententiam a se latam si idem iudex exequatur nuntio misso ab eo excedente mandatum, ad iudicem mandantem pro repositione recurrendum est. n. 5.
Nuntio exequente prout in mandato, erit recurrendum ad mandantis superiorem, & de ratione. n. 6.
A iudice requisito excedente in executione ad quem sit recurrendum & appellandum. nu. 7. remissiuē.
Appellationi a superiore mandante cognoscente de excessu executoris sui non esse deferendum. num. 8.

Ab ordinario reponere volente excessum executoris Romana Curia appellationi emissa an sit deferendum. n. 9.

Executoris potestas commissionis tenore est circumducta, que tantum valet quantum sonat. num. 10.

Executori intelligitur prohibitum omne illud quod claustra commissionis excedit. n. 11.

Potestas sententię executori commissa certis finibus concluditur. n. 12.

Executeor Superioris in excessum remanet priuatus & subiectus correctioni iurisdictionis ordinarię. n. 13.

Executeor Superioris quantum commissionis limites egreditur, tantum alienos scilicet Ordinarij intrat. n. 14.

Iudices ordinarij non debent permittere executoribus Principis extra modum exequi & Vasallos cedere. n. 15.

Executoribus excedentibus modum executionis resistere licet cuiuslibet priuato. n. 16.

Excedentes claustra & limites virtutis intrant potestatem Dæmonis. n. 17.

Executeor Principis licet sit maior ordinario, in causa commissam tenet excedens priuatus reputatur & ordinario inferiori, cui resistere potest & excessum reponere. n. 18.

Executori Papa etiam meno excedenti potest Ordinarius resistere & quilibet alius. n. 19.

Executori procedenti in negotio sibi specialiter non commissio, potest iudex ordinarius & quilibet alius resistere. n. 20.

Subexecuteori Auditoris Camera dato ad exequendum pensionem in partibus, potest Ordinarius resistere & oppressum defendere. n. 21.

Executeor inordinate procedens & excedendo dicitur spoliare, cui vt priuato licet resistere. num. 22.

Iudex inordinate procedens & extraiudicialiter, facit iniuriam, & vt priuatus conuenitur. num. 23.

Quod obtinet in iudice incompetente procedente etiam seruato iuris ordine. n. 24.

Et etiam si competens nulliter non procedat. num. 25.

Executeorem excedentem mandatum tanquam superiori inobedientem posse punire ordinarium. n. 26.

Contra executoris ministros & tabelliones excedentes salarium in commissione vel lege taxatum, posse ordinarium procedere vt excessum restituant. n. 27.

Executeorem delinquentem extra commissionem indubie potest ordinarius incarcerare & punire. n. 28.

Suprema Regia tribunalia vix permittunt suos ministros etiam excedentes ab ordinarijs corripere. num. 29.

In iudicijs Ecclesiasticis ordinarius reponit excessum

cessum executoris ob maximam difficultatem ad eundem superiorem. n. 30.

Propter difficultatem recurrendi ad Superiorem, libet iuris rogorem transferredi. n. 31.

Ab ordinario volente reponere excessum executoris etiam Apoftolica appellationi emisse non esse deferendum. n. 32.

Iudex superior de excessu executionis cognoscens siue per viam querelę, siue appellationis, non potest se introumittere in negotio principali, sed an sit excessus, vel non, duntaxat. n. 33.

Superior cogniturus de executeore excedente ob non admittas legitimas exceptiones, non potest cognoscere de causa principali, sed duntaxat an iure sint reiectę, vel non. n. 34.

Iudex superior cogniturus de appellatione a nullitate sententię, non potest cognoscere de iustitia aut iniustitia ipsius sententię. n. 35.

Superior cum non possit nisi super nullitate sententię in rem iudicatam transfactę adiri, non potest de iniustitia cognoscere, quia nullam acquiri iurisdictionem. n. 36.

Super excessu superior aditus non super simplici iniustitia, non poterit de ea cognoscere, cum in libello contenta non sit. n. 37.

Excessus est articulus separatus ab executione & executorialibus. n. 38.

Commissio super appellatione ab excessu ad illum duntaxat restringitur, ac etiam omnes eius clausule suspensiuę & inhibitiuę. n. 39.

Excessus contractuum quarentizium non tangit, & ideo simplex commissio datur super appellatione ab eo. n. 40.

A cuius iudicis factio appelletur est attendendum, vt fiat iudex pro repositione excessus & grauaminis sit ad eundem. n. 41.

A iudice qui sententiam tulit exequente si appellatur, erit recurrendum ad ipsius superiorem. n. 42.

A nuntio iudicis exequentis adimplente tamen mandatum limitatum, non ad mandantem sed ad eius superiorem appellatur. n. 43.

Nuntius qui exequitur prout in mandato, non est qui grauat, sed mandans cui excessus & grauamen attribuitur. n. 44.

Quod procedit quando appellatur specificę a facto iudicis committentis, non simpliciter a facto executoris & nuntij. n. 45.

Si appellatur a iudice requisito exequente pro grauamine excessus requiritis, non ad istum sed eius superiorem erit recurrendum. n. 46.

Iudex requisitus prestando auxilium facti petiti pro executione, non est qui grauat, & sic ad superiorem requiritis erit appellandum. n. 47.

redditur exemplum.

Ab executeore seu nuntio excedente limites mandati executionis, appellatur ad iudicem mandantem. n. 48.

A iudice requisito pro executione sententię exce-

dente mandatum, an ad requirentem vel superiorem requisitus sit ab excessu appellandum. num. 49.

A iudice requisito exequente iure proprio grauantem appellatur ad illum superiorem. n. 50.

Iudex requisitus pro executione sententię a iudice alterius territorij late dicitur delegatus & executeor, & ad requirentem appellatur ab eius excessu. n. 51.

A iudice Ecclesiastico cuius officium imploratur pro executione lata a seculari, ad quem appellandum. n. 52.

CVM ab executeore non aliter appellari posse nisi claustra, ac limites sue commissionis excedente, & tunc nisi semel unicuique parti permitti; satis vsque ad refectionem proximo præcedenti capitulo dixerimus, quis pro excessu repositione appellationis virtute sit ad eundem: nunc tractemus. Quod & breuibus absoluendum, cum apud omnes hoc saltem receptissimum sit, quod ab executeore excedente fines mandati commissionis suę ad superiorem mandantem appellatio interponenda sit, cogniturum de excessu (ex actorum inspectione vt ibi dixi) ad effectum reponendi ante omnia, probant optimē Ab. in c. quoad consultationem num. 28. vers. sed quero ad quem appellabitur. de sententię. excec. art. 7. gl. 13. num. 1. tom. 1. fol. 377. Feli. in c. pastoralis §. præcrea in prin. de off. & potest. iud. deleg. Alexan. cons. 95. lib. 2. Berol. cons. 32. num. 18. lib. 3. Lancelo. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 29. dicentes, quod cognitio, an modus in exequente fuerit excessus, spectat ad iudicem, a quo, scilicet, emanauit commissio, Esecacia in tract. de appella. quest. 17. limi. 10. a. num. 67. vbi infert, ex hoc, quod si iudex datus a Papa ad exequendam rem iudicatam, & is committat nuntius, seu subexecuteoribus executionem meri, nudique facti, si isti excedant, erit recurrendum ad ipsum iudicem delegatum, qui etiam Ab. & Rebus. idem esse affirmant in nuntius, & aguacellis missis ab eodem iudice, qui tulit sententiam, illam exequente. quoniam si ipsi excedant modum mandati, ad ipsum iudicem mandantem erit recurrendum, vt secus sit, quando nuntij exequuntur prout habet in mandatis, non grauando, nec excedendo fines eius; quia tunc reputatur factum iudicis mandantis, ideo non ad ipsum, sed ad superiorem mandantis appellandum erit.

Quando autem ipse iudex ordinarius qui sententiam tulit, exequitur eam, vel quando iudex alterius territorij eius officium pro executione imploratur, seu in auxilium